



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 281. De familia tradita in Brunmaneshus in pago Guddingo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114



§. 281.

Tradidit uolchert pro euuruuini unam familiam in
brunmanesbus (Z).

§. 282.

(Z) *Brunmanesbus* ponitur in Registro nostro *in pago Guddinge*. Intelligitur ergo De villa verisimilime vicus Bruninghusen seu *Brunjehusen*, haud procul a Brunekensen, Brunmavico ad iura spectante L. B. de Wrisberg. *Volchert* videtur esse *Folcbertus*, neshus in quem supra §. 104. not. (n) ad progenitores comitum Euersteinensium retulimus. *Quis vero sit Erwini*, pro quo bona traduntur a *Velberto* in *Brunmanesbus*, an fuerit consanguineus *Volberti*, et pater *Hadeburgae*, coniugis *Heinrici aucupi*, res est omnino altioris indaginis. Circa hæc tempora sane *Erwini* seu *Erwinum* patrem *Hadeburgae* vixisse oportet. Cum enim Heinricus auceps *Hadeburgam* Erwini filiam duxerit anno 905, quo tempore, teste Ditmaro episcopo Merseburg. Lib. I. Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 324. eadem fuit vidua velata, *Erwinus* ille clarus circa annum 884 et antea, si ponas, eandem *Hadeburgam* nupsisse Heinrico aucupi anno artatis XLI. Cuiusnam stirpis fuerit *Erwinus* ille, id in obscuro later. Reliquit eam causam intactam Consil. et Prof. Luneburgensis Ioan. Ludeucus Leuinus Gebhardi in *Historisch-Genealogischen Abhandlungen* P. I. diff. 8. §. 13. p. 242. Fortasse autem spectauit ad familiam *Haddonum marchionum* orientalium, de quibus egimus supra §. 104. not. (e) Probabilissimum id esset, si bona in *Brunmanesbus* spectassent ad *Erwinum*. *Erwinum*, patrem *Hadeburgae*, habuisse filium *aquiocum*, sed ante patrem iam mortuum, e Ditmari verbis l. c. pater. *Erwinum* enim patrem *Hadeburgae* appellat senorem, tradens, *Erwinum*, *e medio decedentem*, geminis filiabus hereditatem reliquisse, quod (scilicet tempore mortis suæ) filium non habuerit, qui vero antea extitisse debuit. Respectu enim filii iunioris *Erwini* pater nominatur a Ditmario senior.

Rrr 2

Si

A4